ARCHIVIO STORICO COMUNALE
GUALDO TADINO

5

ARCHIVIO PREUNITARIO

Pergamene del Secolo XVI°

– 12 settembre 1550 –

1

Ill.me ac R.me D. Ne paulatim totum Gualdense territorium in forenses iure particularis dominij emptionum tit.o transferat, cum iam bona eius pars ab alienigenis ita occupata sit, licet statutum prohibeat bona immobilia alienari in forenses, placeat V. Ill.me ac R.me D. tanto Gualdensium malo providere mederi atque ut forenses minus prompti sint ad emendum bona Gualdensium placeat decernere quod pena devolutionis bonorum fiat ad utilitatem Communitatis Gualdi, et bona vendita vel vendenda forensibus contra prohibitionem d. statuti devolvant ad ipsam Communitatem, pene autem pecuniarie

3 secundum d. statutum imponende iuxta tenorem eiusdem statuti Cam.e applicent, et idem statutum inviolabiliter observetur, et licentia emendi in territorio Gualdensi per Locumtenentes data vel danda nullius sint roboris et momenti contrarijs non obstantibus quibuscumque. Placet sed intelligantur semper prius obligata pro penis Cam.re nre de quibus supra

Jo. Car.lis de Salviatis

Et quia iuri et equitati convenit officiales finito officio administrationis sue rationem reddere, ne scindicatus ob discordiam scindicatorum effectu careat placeat declarare et decernere quod successor in off.o Locumtenentis una cum duobus scindicis Communitatis scindicare debeat antecessores et sententia lata per tres scindicatores predictos vel per duos ex eis alio discordante vires habeat et executioni mandet, et in scindicatu cognoscant, et decidant cae et ius reddant a d. scindicis tribus, in logio communis ubi in civilibus ius reddi consuevit sub palatio Dnorum Prior., et si d. successor requisitus ad d. locum accedere noluerit ceteri duo scindici possint totius scindicatus causas decidere. Placet dummodo sindicatores iudicent cum consilio sapientis si ipsi non fuerint Jurisperiti Jo. Car.lis de Salviatis

1v

Et q^m Populus Gualdensis egrefert videns se privarj facultate venandi aucupandiq per totu Territoriu Gualdense, et piscandi in omnibus fluminib pisces qui vulgo dicunt Trotte, q dia iure naturalj oib permittunt, placeat deducere d. probibitionez, et restringere d. probibitiones ad loca consueta superior Aucupio, piscationj et venationib reservarj. Placet pro ut in nris bannimentis et in fluminibus adiacentib territorio alieno quatenus adiacent
Jo. Car^lis de Salviatis

Et quia valde salubris est probibitio delationis armor p Terra Gualdi, sed illa nimia subtilitas q exeuntes de d. Terra et ingredientes in ea cu armis astatis debeant d. armis adere imbeccata, et cetera arma deferre ligata qd in Terra Gualdi quat hois extat memoria semper inusitatu fuit, Placeat necessitate faciend. d. imbeccaturaz, et ligatura tollere in ceteris d. probibitione deferendi arma in suo robore permanente. Placet quoad imbeccatam tatum. Jo. Car^lis de Salviatis

Dat in Arce nra Gualdi Die XIJ Septembris M.D.L

Dom^cus Rossinus